

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**

**Augustae Trevirorum, 1618**

Quod Christiani omnes mundum & pure Christu[m] excipere debent in  
Eucharistiæ sacramento, vt audire mereantur hospes eram & collegistis  
me cap. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

74 PEREGRINOS SVSCIP.

QVOD CHRISTIANI  
OMNES MVNDE ET PVRE  
CHRISTVM EXCIPERE DEBENT  
in Eucharistiæ Sacramento, vt audire  
mereantur : Hospes eram &  
collegistis me.

## CAPVT XVI.

3. Reg. 3.5. 6.  
¶ 9.  
**A**b æuo, & ante secula in æterna, Tri-  
teride sibi domiciliū, sibiq; thronum  
voluit Iesus Christus habere. Post Mundi-  
creationē in Empyreo cœlo ; in lege natu-  
ræ, super altaria ; In lege Mosaica, in taber-  
naculis, in templo magnificentissimo per  
Sapientissimū regem fabricato, habitauit.  
Denique in lege gratiæ, pudicissimū Mariæ  
Virginis vterum nouem mensiū spatio, sibi  
domiciliū elegit. Idq; vt te ad susceptionē  
dignam corporis atq; Sanguinis sui præuo-  
fi excitaret. Congruū enim est vt Munditia  
supernaturalis, puritas Angelicam superas  
virginitatem, maiestas Dei omniū terreno-  
rum Regum, supercellens dignitatem, dig-  
num sibi à subditis recipiat habitaculū. Qui  
vt cordibus nostris perpetuam tantæ reue-  
rentiæ figeret memoriam, in ultima cœn-

disci-

discipulis suis tanti amoris pignus relin-  
quens, perpetuæ habitationis certitudinē,  
verborum testimonio corroborauit. *Qui  
manducat (inquit) meam carnē, & bibit meū  
sanguinem in me manet & ego in illi.* Agedū  
*Christiane, continuæ studeas purificati, quō  
Regiam illam maiestatē in te dignē vale-  
as collocare. Nefandū enim foret, si in im-  
mundā conscientia, & in omnij vitiorum  
receptaculo gloriæ sumæ Regē collocares.*  
Te sane animalibus ratione carentib⁹ peio-  
rem, & deteriorē nuncuparem. Inuentum  
namq; quodam tēpore corpus Dominicū  
apes industria naturali, (at nescio quā reue-  
rentia motæ) pixidē mundā cereā contex-  
uerant, in qua corpus Dominicū reuerēter  
collocarunt. Virtutū igitur atq; operum bo-  
norū peristromatibus tuā exorna consciē-  
tiā; illā diuini amoris incendio illustra, vt  
lux, lucē per orbem diffundens in tenebris  
nunquā hospitetur. Si .n. Principi Ciuitatē  
intraturo pulcherrima appārantur, palatia,  
& Ciuitatis compita ab omnib⁹ emundan-  
tur inquinamentis, ne sit quod principis  
oculos offendat: quid nū Regi gloriæ qui ad  
nos venit, & cuius deliciæ sunt esse nobis-  
cum, idem faciamus? Felicitate nū illius  
animæ ad quam Dominus descendit, quā  
Sapi-

*Iean. 6.*

veri  
172

76 PEREGRINOS SVSCIP.

Sapientia diuina replet; quæ fit Regis Angelorum habitatio admiremur; & stupeamus. Dum enim incarnatum Filium in sacro sancto Eucharistiae Sacramento dignè in nobis recipimus, curiam cœlestē ad hospitium inuitamus; adest Pater comitatus Spiritu Sancto, adest Angelorum celestium curia, sua tantæ maiestati deferēs obsequia. Adeſt tota Trinitas quæ tres animæ tuæ potestates sua illustret præsentia. Patrem recipiet memoria; dum tuæ creationis memor eris. Filium recipiet intellectus, & tunc redemptionis beneficij recordaberis. Deniq; Spiritum Sanctum recipiet voluntas, ut illa Spiritus Sancti inspirationibus perpetuò acquiescat. Sicque non modicū pro tua hospitalitate recipies præmium. Sicut enim Magdalenam & Martham pro Hospitalitate varijs gratiarum donis cumulauit; sic & tibi ipſe faciet, si sub speciebus sacramentalibus, eum dignè & reuerenter exceperis.

—S: 60—

—T:

QVO-